Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift

nere. Terminus ad leuam chabul egreditur:
que quasi germen dicitur. p quam acti
uc VITE fructus designatur: qui quasi
paruus comparatione contemplatiue
dulcedinis estimatur: Terminus adran.
egreditur: quod uuuens excelse dicitur:
quia per actiue uite laborem. ad celsi
tudinem meritorum homo pgreditur:
Terminus adroob egreditur: quod platee
uel latitudo dicitur: cum qui se ipsum
in actiua uita uniter exacuerit. ad alios
quoq; salutem. p pdicationis suc uerbum
uniter se extendit. Vnde ESAYAS di
cit. Qui egrediuntur impetu ab iacob: flo
rebit & germinabit israel. Vnde recte
post roob. amon ponitur: quod filius po
puli mei. uel populus meoris dicitur: qa
p pdicationis officium. ppls fidelū gigni
tur: qui merore doctorum parturitur: si
cut PAVLVS fidelibus loquitur: filioli
mei. quos iterum parturio: donec formetur
xpc in uobis. Chanannē. calamus inter p
tatur: p quam ipsa PREDICATIO figu
ratur: quia calamus lingue in corde tin
guitur: ut dulciter de deo. ad pfectum
audientium lingua loquatur. Vnde
psalmista dicit. Calamus scribe uelocit
scribentis. Terminus usq; ad sydonem
magnam egreditur: que uenatio dicitur:
p quam ipsius predicationis efficacia
exprimitur: quc tunc magna effici
tur: cum doctrine uita iungitur: cui
et dilectione dei & proxim. pfectus
audientium p eam requiritur: Term
nus siorma reuertitur: que humilita
tis separatio dicitur: cum post effectū
predicationis. doctor respectum
humilitatis ad cor reuertitur: ut
de pfectu uerbi non in se. sed in dño
gloriatur: Vnde SALEMON dicit.
Ad locum unde exeunt flumina reuer
tuntur: ut iterum fluant. Termi
nus usq; ad ciuitatem muntissi
mam tyrum reuertitur: que tribu
latio. siue angustia. uel fortitudo in
terpretatur: p quam sollicitudo bo
ni DOCTORIS designatur: qui
uel suis. uel suis temptationibus tri
bulatur: qui p sua suosq; salute an
gustiatur: & contra quecq; aduersa for
titudine spiritus roboratur: Tyrus mu
nitissima esse scribitur: quia sollici
tudo boni pastoris. sibi suisq; inexpug
nabilis murus salutis efficitur: Termi
nus usq; osa reuertitur: que spes dici
tur: quia pio doctori merito sue sol
licitudinis. spes eterne REMVNE
RATIONIS tribuitur: sicut apls
loquitur: Debet enim in SPE qui
arat arare: & qui trituat in SPE
fructus percipiendi. Vnde recte hic
subditur: quod certus eius in mare
extendantur: quia finis boni pasto
ris. in consummatione VITE presen
tis. ETERNE remunerationis inmen
sitate pfunditur: que p mare intelli
gitur: De funiculo achiba. & amma. &
affech. & roob. p funiculum mensura
predicationis exprimitur. p quam fi
delibus eterne HEREDITATIS
portio distribuitur. Achiba i men
dacium. siue sutilicia interpretatur:
p quam CONCVPISCENTIA mun
di uel carnis. uel superbia uite figurat.